



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Filiæ Imperatorum Occidentalium Romanorum, tam certæ, quam incertæ professionis, & tam Sanctæ, qua[m] non Sanctæ. cap. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

Filiæ Imperatorum Orientalium Romanorum, tam certæ, quam incertæ professionis, & tam Sanctæ, quam non Sanctæ. Cap. XXII.

Gisala, Caroli Magni Imperatoris filia.



ISALA, siue Ghisella, Caroli Magni Imperatoris, ex Hildegarde uxore tertia filia, nata, & Baptista Mediolani anno Domini 780. Sanctimonialis quidem ab omnibus quos uiderim agnoscunt, sed in quo monasterio uitam egerit monachicam necdum reperire potui. Basiliicon Genealogiam in genealogia Carolina.

Theodora, Caroli Magni Imp. filia.

THEODORA, siue Tedrada, Caroli Magni Imperatoris, ex Fastrada uxore quinta, filia, monialis, & Abbatissa Argentorati prope oppidum S. Dionysii, ibidem tumulata est. Belforestius annal. Franc. lib. 2. c. 15. Genealogicon Romanum, & alij.

Hildegardis, Ludouici Pii Imp. filia.

Hildegardis, Ludouici Pii Imperatoris, ex Blancaflora uxore prima, filia, Sanctimonialis & Abbatissa Dominarum monasterii iuxta Limagi sui, a patre donata omni Dominio Comiti ad lacum Tigurinum. Obiit anno 860. Genealogicon Romanum.

Bertha, Ludouici Pii Imp. filia.

BERTHA, eiusdem Hildegardis, ex iisdem Parte & Matre soror, non tantum carne sed & religione, Sanctimonialis namque & ipsa eidem in Abbatiae regimine successit, obiitque anno 881, regimatis sui 21. Genealogia Carolina.

Hermentrudis, Caroli Calui Imp. filia.

HERMENTRUDIS, Caroli Calui Imperatoris, ex Hermentrudis uxore prima filia, in cœnobio Hasnoniensi (non rectè a nonnullis Lasconiente, & Lasconcense uocatum) super flumine Scabrumia Comitatu Attribatensi, pago Hostrebanto, sito, a prima iuuentute Deo dicata, deinde sacris uirginibus Abbatissa præfecta, a patre, & sorore comitissa Flandriæ, multa priuilegia, & immunitates suo monasterio obtinuit. Floruit anno 880. Iacobus Meyerus annal. Flan. lib. 2. & Panuinus Princip. Rom. lib. 3. & alij.

Gis.

*Gisala, Lotharij I. Imp. filia.*

**GISALA**, Lotharij I. Imperatoris, ex Angelpirga vxore prima, sua matrem comitata, quam a viro repudiatam in Imperatricibus ostendimus, eiusdem cum illa voti & habitus particeps effecta est in monasterio S. Iulie Brixiae, anno Domini circiter 820. diuque ei superiuens, in eodem cœnobio postmodum sepulta est. *Tabulae S. Iulie.*

*Berta, Berengarij I. Imp. filia.*

**BERTA**, Berengarij I. Italiae Imperatoris, & Bertæ Augustæ filia, ipsa sua infans Deo dicata in monasterio S. Iulie Brixiae, post mortem Angilbergæ Augustæ & Abbatissæ, sexta illius loci Abbatis omnia acclamatione electa, anno Domini 916. post officium sibi commissum recte administratum, in eodem suo monasterio defuncta, & sepulta est. *Tabulae S. Iulie.*

*Mathildis, Henrici I. Imp. filia.*

**S. MATHILDIS**, siue Mechthildis, Henrici Aucupis, Imperatoris, sicut alii legunt, Cæsaræ, ex S. Mathilda vxore sua, filia, uirgo sanctissima conuerlationis, & magni meriti, fundato in ciuitate Quedlinburgensi in Saxonia monasterio, eodemque in honorem SS. Seruani & Dionysij dedicato, ibidem prima Abbatissa pefuit, an. Domini circiter 930. & tandem multis miraculis clara, obdormiuit in Domino anno 942. catalogo Sanctorum adscripta. Huius Vuitichinus monachus Corbeæ Saxonice, Historiam suam de gestis Saxonum dedicauit. *Trittemius de vir. ill. ord. S. Ben. lib. 3. c. 222. Paninus, lib. 3. Rom. Princip. Genealogicon Romanum anno 1589. Francofurti ex eodem in folio. Crantzius Saxonie, lib. 3. c. 12.* Ponitur hæc eadem bis a Regino nostro colloquio tertio, ambæque quæ tamen una & eadæ sunt, ex eodem Patre, Henrico scilicet, natæ referuntur, quarum prima anno 930. secunda vero anno 1004. floruisse perhibentur: quæ quam absurdæ, & ab omnibz veritate sint alienæ, vnuusquisque ex se sine aliqua alia demonstrare intelligere sufficit. Errat & in secunda, in nomine monasterij, non enim Monasterium Quedlinburgense in honorem S. Petri consératum est, sed in honorem S. Seruati, ut egregie produnt Trittemius, & Crantzius locis supracitatis. Bugianum fefellit quod Henricus Auceps sepultus dicitur, in ecclesia S. Petri, que erat ecclesia Quedlinburgensis cathedralis, distincte ab ecclesia S. Seruati a Sanctoruminalibus inhabitata.

*Mathildis II. Henrici I. Imp. filia.*

**MATHILDIS** altera, Henrici Aucupis, & S. Mathilda Imp. filia, prefatae S. Mathildis soror, quæ ab omnibus familiarum, vel genealogia-

logiarum scriptoribus non agnoscitur, sororem imitata in Religio-  
nis proposito, prima Abbatissa præfecta est sacris virginibus mon-  
sterii de Ringelheim, ab Auo materno Theodorico Duce Saxoni,  
anno salutis circiter 924 fundati. *Ioannes Trittemius* in chron. *Hil-*  
*sangie, in Rudolphi, Abbate quinto.*

*Mathildis, Ottonis I. Imp. filia.*

**MATHILDIS**, Ottonis I. Magni Imperatoris, ex S. Adelheidis  
uxore secunda (alii ex Editha uxore prima, sed non recte) filia, in  
curia Amita sua Sancte Mathildis Abbatissæ, in monasterio Qued-  
linburgensi, in omni pietate, religione, ac obseruantia monastica ad-  
cata, eidem anno 942, defunctæ, secunda illius cœnobii Abbatis  
successus; & monasterio per spacium 59. annorum optime adminis-  
trato, etate grandæta obiit anno Christi 997. die 6. mensis Febru-  
rii, apud Auum Paternum Quedlinburgi sepulta. *Philibertus Pingonius* in *Arbore Saxonica: Genealogicon Romanum*, & alijs.

*Mathildis, Ottonis II. Imp. filia.*

**MATHILDIS**, Ottonis II. Imperatoris, ex Theophano uxore prima  
filia, multis annis cum Amita sua Mathilda prefata in cœnobo  
Quedlinburgensi religiosissime conuersata; anno 997. in eius lo-  
cum per Bezelinum potitorem, fratris sui Ottonis II. Imp. iussu, in-  
tia illius loci Abbatissæ electa, ab Arnulpho Episcopo munis conlo-  
cationis accepit, & duabus annis solis Abbatissæ officio functa, m-  
grauit a seculo, anno 999. *Genealogia Regum Saxonie*, & Ducum.

*Sophia, Ottonis II. Imp. filia.*

**SOPHIA**, Ottonis II. Imp. ex Theophano filia, & ipsa a iuente  
Deo in Religione consecrata, postmodum in Abbatissam nonam  
monasterii sui, SS. Anastasij, & Innocenti Pontificum, in ciuitate  
Gandersheimensi electa est; & bonis operibus plena, obiit anno 1038.  
die 30. Ianuarii. Fuit multum dilecta & familiaris S. Gothardo Hes-  
deshemensi Episcopo, ut in eius uita narratur, capite 17. dicitur,  
mortua anno altero ab eius morte, die tertio ante festum Purifica-  
tionis Diuinae Mariae Virginis. *Genealogia Regum Saxonie* supracita  
dicit defunctam anno 1038. putat enim cum Lamberto Schafhaburg-  
si, S. Gothardum eo anno obiisse, nos autem tenemus migrasse anno 1038,  
vix diximus c. 44. libri nostri 2. & lib. 3. die 4. Maij, ideoque Sophiam  
anno 1039 defunctam putamus. Agit & de eius monachatu, *Philibertus*  
*Pingonius*, *Genealogicum Romanum*, & alijs.

*Adelheidis, Ottonis II. Imp. figlia.*

**Adelheidis**, Ottonis II. Imperatoris, ex Theophano (alii, ut Co-  
nevalius)

Regia Reg. Saxon. ex Anna Austriaca, uxore 2. sed minus recte) uota prima filia, cum esset Sanctimoniensis Quedlinburgi, talemq; legeretur ut digna reputaretur ad ampliorem gradum promouen-  
ti, post mortem sororis sua Mathildis, quarta Quedlinburgensis Abbatissa constituta est an. Christi 999. & eodem ab Episcopo Hilde-  
nemensi Dithmaro benedici & consecrari uoluit. *Paninus Roma.*  
*Pinc. lib. 3. Pingorius in Arbore Sabaudica; Genealogicon Romanum;*  
*& Genealogia Regum & Ducum Saxonie, in qua male scribitur fuisse*  
*Abbatissa Gandersheimensis decima. Meminit & eius Bugianus collo-*  
*qui terio, a quo corrupto vocabulo Atalbida vocatur, in quo eman-*  
*tus venit, ut & in nomine monasterii Quedlinburgensis, quod non*  
*nisi ab eo in Austrasia, quem nunc Lotharingia, collocatur, cum in Saxon-*  
*ia non longe a ciuitate Magdeburgensi constructum constet.*

*S. Felicitas, Ottonis II. Imp. filia.*

S. FELICITAS, eiusdem Ottonis II. Imperatoris filia, sed ex qua  
matre ignoro, cum audisset de fama & Sanctitate sacrarum Virgi-  
num monasterium S. Salvatoris, (quod nunc S. Felicis titulum ge-  
nit, habeturq; a Sanctimonialib. Ordinis D. P. Benedicti) qd Pa-  
pae S. Maiolo Abbe aedificatum fuisse; & ab Ottone II. patre suo lo-  
cuperatum, inhabitantium, simulans prædictum cœnobium deuotio  
us caula se inuisere uelle, statim ut illuc applicuit, uotum quod  
mente conceperat, opere compleuit; & contra parentum uolunta-  
tem Deo sacrata, sacrisque religionis uestibus induita, a religionis  
proposito, nec minis, nec blandimentis, auelli unquam potuit. Vnde  
fictum est ut in Dei seruicio ibidem perseverans, & noctu diuque,  
vigilis, & orationibus uacans, in omnibus uirtutibus, in humilitate  
maxime, compunctione que lachrymarum, in tantum profecerit,  
ut post mortem quæ accidisse putatur post annum Domini 1000.  
Sanctorum fuerit ascripta catalogo. Eius sacrum corpus maxima  
veneratione honoratur in praefato S. Felicis cœnobia, ubi requie-  
fit uicta arcam S. Georgii martyris. *Jacobus Qualla in Sanctuario*  
*Papia, lib. 5. cap. 15. & Stephanus Breuentanus de antiquitate Papia,*  
*lib. 4. cap. 1.*

*Inditha, Ottonis II. Imp. filia.*

INDITHA, Ottonis II. Imperatoris, ex Anna Austriaca uxore se-  
unda, filia, forma, & cæteris naturæ bonis dotibus egregie dotata,  
ab ipsi pueritia annis Ratisbonæ in sacratum uirginum cœnobia  
Deo consecrata, inde postmodum anno Domini circiter 1002. pa-  
renibus iam defunctis, nolens, an in uita, a Bisetisla Boiemir Du-

ce au-

ce, audacissimo iuene, pertracta, eidem legitimo matrimonio coniungitur, Helichardo Pontifice diulna celebrante. Post cuius obitum, secundas Mesiconis Duciæ Poloniæ nuptias ambiuit. Obi anno Domini Saluatoris 1059. Ioannes Dubranius in his. Boem. lib. 7. Genealogicon Romanum, & alij.

Ghislæ, Henrici III. vel II. Imp. filia.

**GHISELA**, Henrici III. alijs II. Imperatoris, ex S. Agneta uxore secunda, filia, quæ ut plurimum a genealogisticis, una cum sorore sequente omittitur, in monasterio Quedlinburgensi virginitate sua Deo consecrata, nobile propositum, nobilior ad finem ulque perduxit.

Adelhais, Henrici III. sine II. Imp. filia.

**ADELHAIS**, eiusdem Henrici III. alias II. Imperatoris, ex eadem S. Agneta, filia, Ghislæ soror, ut & uota eius in eodem Quedlinburgensi cœnobio particeps fuit ita; fuit & coronæ. In hoc tamen tempore supergressa etiā qd Abbatissa, & fam. fuerit. Floruerunt ambæ anno Dom. 1050. De his duabus, earumque monachismo; agit Tidemius in chronicō Hirsaugio in tractatu vacantis sedis anno 35.

Sophia, Henrici III. vel II. Imp. filia.

**SOPHIA**, corundem filia, & prefatarum Sanctimonialium soror, primum Salomonii Hungariæ Regi nupta, eo mortuo una cum matre ipsius Regis in Agmodensi monasterio, quod est in Sum, anno 1077. se includens, ibidem in omni religiositate annis undicim uixit; sed postmodum à Vladislao Polonia Rege postulata, nuptias secundas cum eo celebrauit anno 1088. pefnansique cum eo annis plus minus tredecim, usque ad annum 1101, eo enim anno, uiro suo iam defuncto, ad monasterium suum reuersa, in eis consensu obiit, ac sepulta est. Antonius Bonfinius rer. Hungrie. decad. 2. lib. 4 non procul a fine.

Beatrix, Friderici I. Imp. filia.

**BHATRIX**, Friderici I. Barbarossæ Imperatoris, ex Beatrice Augusta uxore secunda, filia, a parentibus in monasterio Quedlinburgensi Deo oblata, in Abbatissam postmodum electa est, anno Domini circiter 1170. Panuinus Rom. Princip. lib. 5. Genealogicon Romanum, & alij.

Euphemia, Rodulphi I. Imp. filia.

**EUPHEMIA**, Rodulphi I. Austriaci Imperatoris, ex Anna Augusta uxore prima, filia, sanctimonialis in monasterio Tula, quod non longe est a ciuitate Viennæ in Austria, effecta, ibidem labens

*Sui primum perceptura, migravit, ac sepulta est, anno Domini  
1278 Pananus Rom. Princip. lib. 3. Genealogicon Rom. & alij.*

*Agnes, Ludouici V. Imp. filia.*

AGNES, Ludouici V. Bauarij, Imperatoris, ex Margareta Augusta Hollandica, uxore secunda filia, quae ab omnibus fere familiae Bauariae scriptorib. prætermittitur, a patre in monasterio Fursfeldensi, quod amis eius Ludouicus Dux Bauariae ædificauerat, Deo oblata, & Sanctimonialis habitu induita, anno Domini circiter 1320, in eo dem obiit & sepulta est. *Franciscus Belfortius in cosmographia, in decriptione Bauarie.*

*Filia Imperatorum Orientalium Constantinopolitanorum,  
tam certæ, quam incertæ professionis.*

*Cap. XXXIII.*

*S. Sopatra, Mauricij Imperatoris filia.*

S. **S**OPATRA, Mauritij Imperatoris Constantinopolitanæ, & Constantini Augustæ, Tiberti Imperatoris filia, filia, exemplis S. Eustoliæ Romanæ, virginis & Sanctimonialis informata, concedente patre uitam Monasticam professæ, in monasterio quodam Constantinopoli se construendo, ibidem miraculis clara diem obiit quinto Idus Novemboris, & in numerum Sanctorum relata est. Vixit anno Domini 600, & quod excurrit.

*Gordia, cum duabus sororibus, Mauricij Imp. filiæ.*

GORDIA, Vxor Philippici: & N. Theodosii coniunx: ac alia N. anonyma, Mauritii Imperatoris, ex Constantina uxore filiæ, patre a Phoca Cesare occiso anno 694, una cum Matre Constantina Monasticen Constantinopoli professæ eodem Phoca permittente, anno sequenti eodem iubente, simul cum matre sua, gladio necata sunt.

*Tecla, cum sororibus, Theophilii Imp. filiæ.*

TECLA, Anastasia: Atina: & Pulcheria, Sorores, & Theophilii Imperatoris Constantinopolitanæ, ex Theodora Augusta Paphlagonia, filiæ, infidiis fratri Michaelis IIII. Imp. una cum matre in cœnobio S. Marie in Blachernis detonsæ anno 854, post matris mor-

G Gg tem